

de πανωλετρία Hierosolymæ & cæterarum urbium Palæstinae. (2) Confirmatio complectens istius πανωλετρίαι causas, tùm δεσκαλαρ-
κπικας, tùm δεσνησμενλω. Causa δεσκαλαρηπικω statuuuntur Hebræo-
rum peccata, quorum genus incolarum malitia; species verò (α) Idololatria. (β) Contemptus Verbi ac ministerii Prophetici. Redeunt
L.C. de Idololatria & Contemptu Verbi divini, de quibus in δεσθεω-
γία. δεσνησμενη causa constituitur Ira DEI illis Judæorum pec-
catis accensã. Et de hac itidem alibi sapissimè. (3) Conclusio, quã
propositio illa generalis repetitur.

ψ. 3.

Tractatio Præsentium continet contestationem in Iudæos pro-
pter præsentem Idololatriam, quã æquè ut Ægyptii gentiles exer-
cebant adolendo Diis alienis Ægyptiorum. Ab hac verò Prophe-
ta eos dehortatur argumento ab inutili, appellans Idololatriam ma-
lum grande contra animas ipsorum & itales quod attracturum
ipsis cujuscunq; sexti & ætatis πανωλετρίαι omnium scdissimam.
Amplificatur verò istud argumentum partim pristinarum calamita-
tum repetitione perquã patheticã, figuratã quippe Anaphorã, Conge-
rie & incremento; partim exprobratione pertinaciã, in quã ad ho-
diernum usq; diem præfractõ corde perseverent.

ψ. 7.

ψ. 9.

ψ. 10.

Consequentium tractatio sibi vindicat denunciationem pœna-
rum Idololatriæ, quæ pertinaciam Judæorum certo certius secutu-
rã justo iudicio DEI, qui positurus faciem suam adversus Judæos;
eò quod posuerint faciem suam adversus ipsum dehortatum illos
à profectioe in Ægyptum, unde futurum, ut scdissimè pereant,
partim fame, partim gladio, partim peste, tùm Ægyptii, tùm Iudæi,
exceptis iis, qui acturi pœnitentiam & refugituri in Palæstinam.
At enim verò ne Dominus etiam adversus nos faciem suam ponat,
nos nostram faciem adversus illum nè ponamus; sed potius verã
ac seriã pœnitentiã nos ad ipsum humiliter convertamus, orantes
ex Psalm. 90, 13. Convertere ad nos iterum Domine.

ψ. 11.

ψ. 12.

Explicatio 2. partis.

Quã præfractè & impiè Iudæi responderint Jeremiã ab Idololatriã ipsos dehortanti, facile intelligi potest, si modò accura-
tior nẽntem nostram subeat cogitatio, partim de re pendentibus,
partim de responsione ipsã, ubi utrinq; animadvertere licet et tra-

ψ. 15.

Etatio-